

ΓΕΝΙΚΕΣ ΕΙΣΙΤΗΡΙΕΣ ΕΞΕΤΑΣΕΙΣ 1969

Θέματα Λατινικών (ΙΕΡΑΤΙΚΟΣ ΚΥΚΛΟΣ)

Δευτέρα 15 Σεπτεμβρίου 1969

A. ΚΕΙΜΕΝΟ ΓΙΑ ΜΕΤΑΦΡΑΣΗ :

Cornelius Nepos: Hannibal, 12

Quae dum in Asia geruntur, accidit casu, ut legati Prusiae Romae apud T. Quintium Flaminium consularem cenarent atque ibi de Hannibale mentione facta ex his unus diceret eum in Prusiae regno esse. Id postero die Flaminius senatui detulit. Patres conscripti, qui Hannibale vivo numquam se sine insidiis futuros existimarent, legatos in Bithyniam miserunt, in his Flaminium, qui ab rege peterent, ne inimicissimum suum secum haberet sibi dederet. His Prusia negare ausus non est: illud recusavit, ne id a se fieri postularent, quod adversus ius hospitii esset: ipsi, si possent, comprehenderent; locum ubi esset, facile inventuros. Hannibal enim uno loco se tenebat, in castello, quod ei a rege datum erat muneri, idque sic aedificarat, ut in omnibus partibus aedificii exitus haberet, scilicet verens, ne usu veniret, quod accidit.

B. ΠΑΡΑΤΗΡΗΣΕΙΣ

- 1. miserunt:** να γραφούν οι αρχικοί χρόνοι και να γίνη χρονική αντικατάσταση.
- 2. eum:** να αναγνωρισθή και να κλιθή εις το γένος, εις ό ευρίσκεται.
- 3. partibus:** να κλιθή εις τους δύο αριθμούς.